

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

veritas . q̄ iusticia ab hominibus recessisset .  
 Vigent inquit mendacia vel malignitas . tan-  
 tamq̄ nebulam humanis negocijs intulerunt  
 vt maxime calamitates vel miseria pro nichilo  
 iudicentur . Cum talia sepius exclamasset . licet  
 non sine discrimine . veritas tñ om̄s mouebat .  
 Quapropter singuli timentes se occultabant .  
 sed hec illum dicentem libenter audiebāt . Qui  
 cū regē petisset . vt solus soli que vellet ediceret .  
 concessumq̄ ei non fuisset . non possum inquit  
 rex continere pro tali dolore fiduciam . vel au-  
 daciam meam necessariam quidem tibi et com-  
 modam . siquid vtile velis ab ea suscipere . mee  
 vero tutele contrariam . Deinde subsecutus ait  
 Quo tua mēs sagacissima recessit . aut cur sup-  
 habundās sapientia sensu multat̄ . quo plurg  
 vel maximos acquisisti triumphos . Quid est .  
 q̄ cognati vel amici remorantur petitionibus  
 tuam flectere pietatē . quos tibi minime iudico  
 esse cognatos vel amicos si despererint tale scel̄  
 in tuo beatissimo fieri principatu . Tu v̄o non  
 preuides quid eueniat si duos adolecentes ab  
 vxore tibi regia creatos . et in omni summitate  
 virtutis precellētes occidis . regē solū ī senectute  
 relinquis . cum vno filio male vitam tuam dis-  
 ponente . et cum cognatis quos toties iā morte  
 damnasti . Nonne cogitas . q̄ multitudo tacens  
 crudelitatem tuam conspicit et odit . exercitus  
 quoq̄ cunctus et primatus eius misericordiam  
 quidem de infelicibus . odium vero in te hec fa-  
 ciente concipiunt . **C**um hec rex in initio nō  
 libenter audisset . et commouissent eum verba  
 tironis . per que manifeste familiarū perfidiā  
 exprobrauerat . paulatim immensa et militari  
 fiducia vsus tiro concidit . et turbatione com-  
 pleuit herodem . Qui cum magis increpari q̄  
 admoneri se putasset . et quia milites eum ab-  
 horerent et primatus eorum indignarentur .  
 precepit nominatos cūctos cum tironē ligatos  
 in custodia detineri . **C**um hoc factum fuisset  
 et tironē quidam tonsor regis inuenta occasiōe  
 regem adisset . ait . Suasit michi tiro sepius di-  
 cens . vt regem condens . guttur eius inciderem  
 nam inter primos apud alexandrum poteris  
 esse . magnasq̄ donacōnes ab eo accipere . Que  
 cum dixisset . eum rex comprehendi precepit . et  
 tormentis tironem et eius filium . atq̄ tonsorē  
 subdi . Cūq̄ tiro ita confisteret . videns filius  
 patrem suum crudeliter laceratum . nec habentē  
 spem salutis . futurūq̄ sibi iudicium ex tormētis

paratum intelligens . se inq̄t veritatē nunciare  
 si verbo confirmaret tormenta patris et sua re-  
 mittere . Cūq̄ rex fidem dedisset . dixit sibi con-  
 stituisse tironem manu sua regē adire et occidē  
 si copia daretur . vt solum eū inueniret . mltaq̄  
 pati quatenus alexandro prestaret . Que cum  
 ille dixisset . patrem a necessitate soluit . Incertū  
 autem est . vtrum hec veritate an necessitate re-  
 tulerit . vt aliquos perfugium in presentibus  
 malis inueniret . **Capitulum . xx .**

**H**erodes autē licet deliberaisset iā dudum  
 filios interimere . tunc tamen festinauit  
 crudelitati sue finem imponere . et in contione  
 producens . trecentos p̄ores militum reos fact̄  
 cum tironē filioq̄ eius . et accusatore tonsore .  
 criminabatur coram omnibus . Et illos quidē  
 multitudo peremit . alexander autē et aristobol̄  
 in cesaream tracti patre p̄cipiente laqueo peri-  
 muntur . Corpora v̄ noctu alexandriū ponunt̄ .  
 quo matris eorum pater . pluresq̄ cognati . vel  
 proavi positi esse videbantur .

**H**ec continentur in septimodecimo libro  
 iosephi historiaz iudaice antiq̄tatis . i .  
 Qualiter antipater odio habitus est ab omni  
 gente . propter interfecionem frat̄ suoz . **ij .**  
 Qualiter herodes rex filios alexandri et aristo-  
 boli filiorum suorum adoptans . filiam ferore  
 illis desponsauit et antipatri . et qualiter anti-  
 pater persuasit patri desponsationem in suos  
 transferre filios . et qualiter herodes aduersus  
 thraconitas volens munitus existere . zamarim  
 iudeū q̄ de babilone discesserat et ī anthiochia  
 degebat euocans ibi constituit . et utebatur illo  
 opposito aduersus draconitas . **ij .**

Qualiter antipater oblectabatur eos qui circa  
 feroram erant . volens per illos insidiari patri  
 et qualit̄ agnoscēs soror regis salome . danclō  
 denunciavit fratri . et de interfecione phariseoz  
 regi aduersantium . **Capitulum . iij .**  
 Qualiter rex herodes precepit fratri suo ferore .  
 vt excluderet vxorem suam . aut eius regno dis-  
 cederet . et qualit̄ antipater suspectus patri fact̄  
 timēs eū scribebat amicis in roma . vt scribent  
 patri eius ac persuaderent . vt mitteret eum ad  
 cesarem cum pecunijs q̄ persuasum est herodi  
 filiumq̄ transmiserit . et de morte ferore fratris he-  
 rodis . **Capitulum . v .**

Accusa<sup>o</sup> vxoris ferore a filijs ferore . q̄ veneno  
 perisset . et qualiter herodes exquirens . repperit  
 contra se venenum paratū a filio antipatro . et

*Herodes filios suos  
innocios occidit .*

*Alexander*